

ANDREAE AB

E X E A I. V. D O C T O R I S,

& interpretis in Academia Valentina
longe clarissimi, in titulum de Con-
stitutionibus, libro primo eius
tomi, quem Decretales
uocant, Commenta-
ria & Prælecti-
ones.

In quibus certe, candide Lector, autoris subtilitate, ac effi-
cacißima epicheremata, allegationum copiam, &c, ut
omnia dicā, encyclopædiā quādam miraberis. Dum ar-
duos iuris utriusq; nodos multijuga disputatione dissol-
uit, sententias suas non aliorū modo pontifici.e, ac Cæ-
sareæ scientiarū interpretum: uerū etiam Oratorum,
Poëtarum, ac Philosophorū autoritate cōfirmauit, exor-
nauitq;. Et (quod omnium maximū esse puto) uerā con-
stitutionum ecclesiasticarū interpretationem ex peni-
tioribus prisorum patrum dogmate, ac sacrofancis
generalibus concilijs elicuit. Quò fit, ut nihil protinus
addubitem, quin hæc commentaria ingenium tuum exa-
cuant, animum reficiant, deniq; conscientiam tuam in-
firment, sententiarum scilicet maturitate, sinceritate,
ac fide.

Coll: Soc. Illusv Salm. ex dono Regum.

A P V D S E B. G R Y P H I V M
L V G D V N I,
1545.

Num. A6. case. 2 secund. f.

AD ILLVSTREM

PRINCIPLEM, SACRO SAN-
CTUMq; Antistitem, ac Cardinalem, in omni lau-
dum genere eminentissimū, Franciscum à Tur-
none, comitē Rossi honis, nobilissimamq; uetus-
tissimā, & omni praeconio dignissimam Tur-
noniorū familiam Andreæ ab Exea, Iuris utri-
usq; doctoris, & interpretis, in eius super titu-
lum de Constitutionibus commentaria, Præ-
fatio.



V^o M ex Montepessulo (ubi septen-
niam publicis conductus stipendijs
Iuri ciuili interpretando operam na-
uavi) in Valentiam natale solum, tū
suas parentum, tum dulci patriæ
amore illectus, tum uero etiam aca-
demiae Valentinæ sanè alumnae meæ
impulsi remigrasse, et ad utriusq; iuris interpretationes
quoto quoque die in eadem prælegendas assumerer, hic
titulus in primo Decretalium libro à me ex scholarium uo-
to suscepimus est. Quē cùm interpretarer, nullus certè aliud
mibi occurrit, cui me has meas clucubratiōes debere agno-
scerem quam tu. Cui in primis, & generosæ Turnoniorū
familie, Bernardinus ab Exea, quoddam pater meus, omne
studium suum, omnem curam, follicitudinem, & quicquid
in eo erat, miro quodam ardore nunquam non sincere de-
uouit. Quod ipsum te sacro sanctum Antistitem memoria
conseruasse, tūm maximè perspectum habui, cùm in Luce-
naij oppido, tunc culæ Regiæ stativa, Arnaldus Ferre-
rius Iureconsultus optimus, & in omni dicendi genere or-

A 2 natiss

ANDREAE AB

EXEA, I. V. DOCTORIS, ET

interpretis in academia Valentini clarissimi,

pælectiones aliquot in primum

Decretalium librum, Et pri-

mò sequitur Rub.de

Constit.

*



I R C A istam Rubricam
Anto. de Butr. & Pet. de
Anch. Imol. & Barba. hic
in primis uerbis circa pri-
mam continuationē Ru-
bricæ ponunt multa uer-
ba, quæ tandem Decius
hic reassumit. Et ex illis
infert ad cognitionem causæ, quare necessarium
fuerit quod papa faceret has constitutiones. Quia
uidebatur dicendum, leges esse superfluas: Cūm
sufficiat lex euangelica, de qua ad Galat. 5. Omnis
enim lex uno sermone impletur, Diliges proximū
tuum sicut te ipsum. Et hæc fuit ratio, quam refert
Neuianus in disputatione, An multitudo libro-
rum sit necessaria: ubi allegat Martinum Lutherū,
Theologorum & Canonistarum inimicum. Pro
quo facit, quod inquit Theophilactus super Ioan.
cap. 11. Ecclesia, inquit, ex gentibus non multis
opus habet mandatis, sed paucis, in quibus tota
lex & prophetæ pendent. Refert etiam Diogenes

2 4 Laërt

